



Boletín Oficial

DEL

Obispado de Osma

Año LXIX. 7 DE SEPTIEMBRE DE 1928. Núm. XV

SUMARIO: S. C. de Ritos: Oficio y Misa de Santa Teresa del Niño Jesús.—La Editorial Católica de Zaragaza: Oficios y Misas de Santa Teresa del Niño Jesús.—S. C. de Ritos: se concede a la Diócesis de Osma que quede fijada en el dia 11 de Agosto la fiesta de S. Juan Bautista M. Vianney.—Tribunales Civiles Sentencia prohibiendo a los Ayuntamientos regir escuelas laicas.—Juzgado Municipal de Aranjuez: Sentencia en causa sobre blasfemia.

. Sacra Congregatio Rituum

Die 3 Octobris

S. TERESIAE A JESU INFANTE, Virginis

DUPLEX

*In I Vesperis: pro Commemoratione: Ant. Veni,
Sponsa Christi.*

¶. Spécie tua.

Orémus

Dómine, qui dixisti: Nisi efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum caelórum: da nobis, quaesumus; ita sanctae Terésiae Vírginis in humilitáte et simplicitáte cordis vestígia sectari, ut praemia consequámur aeterna: Qui vivis.

AD MATUTINUM

IN II NOCTURNO

Lectio IV

Terésia a Jesu infante, Alensónii in Gállia, honéstis paréntibus, singulári et assídua erga Deum pietáte conspicuis, orta est. Inde a prima aetáte divíno Spíritu prae-vénta, religíosam vitam ágere cupiébat. Sério autem promíssit, se nihil Deo denegatúram, quod ipse ab ea pétere viderétur: quam promissiónem fideliter usque ad mortem serváre satégit. Quinto aetátis anno, inatre amíssa, Dei providéntiae se totam commísit sub vigilánti custódia amantíssimi patris, sororúmque natu majórum: quibus magístris, Terésia ad curréndam perfectiōnis viam ut gigas exsultávit. Novénnis virgínibus ex Ordine sancti Benedícti Lexóviis excolénda tráditur, ibique in rerum divinárum cognitióne excéllere visa est. Décimo aetátis anno, arcánus et gravis moībus eam diu cruciávit, a quo, prout ipsa enárrat, ope Beatíssimae, Vírginis, quae eídem subrídens appáruit, et quam, sub título Dóminaе nostrarе a Victória, per novendiália invocáre stúduit, divínitus fuit liberáta. Tunc, angélico fervóre repléta, ad sacrum convívium, in quo Christus súmitur, se diligentíssime praepárare curávit.

Lectio V

Ut prímitus eucharístico pane fuit refécta, insatiábillem caeléstis hujus cibi famem hauríre visa est: unde velut inspiráta, Jesum rogábat, ut omnem mundánam consolationem in amarítudinem sibi vérteret. Inde tenérrimum in Christum Dóminum et in Ecclésiam amore exaestuans, nihil antiquius hábuit, quam Carmelitárum Excalceatárum Ordinem íngredi, ut sui abnegatióne, suísque sacrificiis, sacerdótibus, missionáriis, totíque

Ecclésiae opem afférret, et innúmeras ánimas Christo Jesu lucrifácere: quod jam morti próxima, apud Deum se factúram pollícita est. Propter aetátis défectum, multas ad religíosam vitam amplecténdam nacta est est difficultátes, quibus tamen incredíbili ánnimi fortitúdine supératis, quíndecim annos nata; Lexoviénsem Carmélum felíciter ingrésa est. Ibi mirábiles Deus in Terésiae corde ascensiōnes dispósuit, quae, Maríae Vírginis vitam absconditam imitáta, quasi hortus irríguus, flores ónnium virtútum germinávit, praecipue vero exímiae in Deum et in próximum caritális.

Lectio VI

Quo magis Altíssimo, placéret, quum in Sacris Scriptúris mónitum illud legísset: Si quis est párvulus véniat ad me; párvula in spíritu esse voluit, et inde filiáli fidúcia Deo, tamquam Patri amantíssimo, se perpétuo trádidit. Hanc spirituális infántiae viam, secúndum Evangélii doctrínam, álios dócuit, speciatiún novítias, quas ex obediéntia ad religiosárum virtútum stúdium informáandas suscépit, atque ita apostólico zelo repléta, mundo, supérbia infláto et vanitátes diligénti, evangélicaे simplicitatis iter patefecit. Sponsus autem Jesus eam patiendi desidério, tam in ánima, quam in corpore, pénitus inflaminávit. Insuper Dei caritátem undequáque negléc-tam animadver-tens, summo dolore affécta, duobus ante óbitum annis, Dei miseréntis amóri se víctimam obtulit. Tunc, ut ipsa refert, caeléstis ignis flamma vulneráta est: unde caritáte consúmpta, in écstasim raptā, ferventíssime ingéminans: Deus meus, te díligo; vigínti quatuor annos nata, die trigésima Septémbribus, anno millésimo octingentésimo monagésimo séptimo, ad Sponsum evolávit. Quod autem móriens promíserat, se perénnem rosárum plúviam in terram demissúram, hoc in caelum recépta, innúmeris miráculis reápse adimplévit et in dies adíplet. Quam Pius Undécimus, Póntifex Máximus,

Beatis Virvínibus adscriptam, et biénno post, jubilaeo máximo recurrénte, inter Sanctas relátam, peculiárem ómnium Missiónum Patrónam constituit ac declaravit.

In III Nocturno

Lectio VII

Léctio Sancti Evangélii secúndum Matthaeum.

(*Cap. 18, 1-4*)

In illo témpore accessérunt discípuli ad Jesum, dicén-
tes: Quis putas major est in regno caelórum? Et réliqua.

Hemilia S. Leónis Papae

(*Sermo 37, in Epiph. solemne. 7, cap, 3, 4*)

Tota, dilectíssimi, christiánæ sapiéntiae disciplína, non in abundántia verbi, non in astútia disputándi, neque in appetitu laudis et glóriae, sed in vera et volun-taria humilitáte consístit, quam Dóminus Jesus Christus ab útero Matris usque ad supplícium Crucis pro omni fortitúdine et elégit et dócuit. Nam, cum discípuli ejus inter se, ut ait Evangelista, disquírerent quis eórum major esset in regno caelórum, vocávit párvulum, et státuit eum in médio eórum, et dixit: Amen, dico vobis, nisi convérsi fuéritis et efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum caelórum. Quicúmque ergo humiliá-verit se sicut puer iste, hic major erit in regno caelórum. Amat Christus infántiam, quam primum et ánimo sus-cépit et córpore. Amat Christus infántiam, humilitatis magistram, innocéntiae régulam, mansuetúdinis formam. Amat Christus infántiam, ad quam majórum dírigit mo-res, ad quam senum redúcit aetátes; et eos ad suum in-clínat exéplum, quos ad regnum sublímata aetérnum.

Lectio VIII

Ut autem plene valeámus agnoscere quómodo aprehéndi possit tam mira convérsio et in puerilem gradum qua nobis mutatióne redeúndum sit, dóceat nos beátus Paulus et dicat: Nolite pueri effici sénsibus, sed malitia párvuli estote. Non ergo ad lúdicra infantiae et imperfícta nobis primórdia reverténdum est, sed áliquid, quod etiam graves annos déceat, inde suméndum, ut velox sit conimotiōnum tránsitus, citus ad pacem recúsus: nulla sit memória offensiōnis, nulla cupíditas dignitatis; amor sóiae communiōnis, aequálitas naturális. Magnum enim bonum est nocére non nosse et maligna non sápere: quia inférre ac reférre iniúriā, mundi hujus prudéntia est; némini autem malum pro malo redde-re, christiánae est aequanimitatis infántia.

Lectio IX

Ad hanc vos, dilectíssimi similitúdinem parvulórum mystérium hodiérnae festivitatis invítat; et hanc vobis humilitatis formam adorátus a Magis puer Salvátor insínuat: qui, ut imitatóribus suis quid glóriae paráret, osténderet, ortus sui témpore éditos martyrio consecrávit; ut in Béthlehem, ubi Christus natus est, géniti, per communiōnem aetatis consórtes fierent passiōnis. Amé-tur igitur humiliitas, et omnis a fidélibus vitétur elátio. Alter álterum sibi praeferat, et nemo quod suum est quaerat, sed quod altérius; ut, cum in ómnibus abundáverit afféctus benevoléntiae, in nullo virus inveniátur invídiae: quóniam qui se exáltat humiliabitur, et qui se humiliat exaltábitur, eodem ipso testánte Jesu Christo Dómino nostro, qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regat Deus in saecula saeculórum. Amen.

*Lectio pro festo commemorato legenda
juxta Rubricas*

Lectio X

Terésia a Jesu Infánte, Alensónii in Gállia, ex ho-

néstis piísque paréntibus orta est. Quinto aetátis anno, matre amíssa, Dei providéntiae se totam commísit sub vigilántia amantíssimi patris et sorórum natu majórum: quibus magistris, ad curréndam perfectionis viam ut gigas exsultávit. Novénnis virgínibus ex Ordine sancti Benedícti Lexóviis excolénda tráditur. Décimo aetátis anno, arcáno et gravi morbo diu cruciáta, ope Dóminaे nostrae a Victória, divinitus fuit liberáta. Angélico fervóre repléta, ad sacrum convívium accédens, insatiábilem hujus cibi famem hauríre visa est. Carmelitárum Excalceatórum Ordine in íngredi cúpiens, ob aetátis défectum multas ad religíosam vitam amplecténdam nacta est difficultátes, quibus fórtiter superátis, Lexoviénsem Carmélum, quíndecim annos nata, felíciter ingréssa est: ibique erga Deum et próximum exímia caritáte flagrávit. Spirituálem infántiae viam, secúndum Evangélii doctrinam, secúta, álios, speciálim novílias, eámdem edócuit. Patiéndi desidério inflammáta, duobus ante óbitum annis Dei miseréntis amóri se víctimam óbtulit. Vigínti quátuor annos nata, die trigésima Septémbris, anno millésimo octingentésimo monagésimo septimo, ad Sponsum evolávit. Quam Pius Undécimus, Póntifex Máximus, Beátis Virgínibus adscríptam, et biénnio post, jubilaeo máximo recurrénte, solémniter inter Sanctas relátam, peculiárem ómnium Missiónum. Patrónam constituit atque declarávit.

Vespere de sequenti. Commemoratio præcedentis

ELOGIUM MARTYROLOGIO ROMANO INSERENDUM

Die 30 Septembris (tertio loco)

Lexóvii, in Gállia, Sanctae Terésiae a Jesu Infánte, ex Ordine Carmelitárum Excalceatórum; quam vitae innocéntia et simplicitáe claríssimam, Pius Undécimus, Póntifex Máximus, Sanctárum Vírginum albo adscríp-

sit, peculiárem ómnium Missiónum Patrónam declarávit,
ejusque festum quinto nonas Octóbris recoléndum esse
decrévit.

Die 3 Octobris (primo loco)

Sanctae Terésiae a Jesu Infánte, Vírginis, ex Ordine Carmelítarum Excalceatórum, peculiáris ómnium Missionum Patrónae, cujus dies natális prídie kaléndas Octóbris recensétiur.

MISSA

Introitus

Cant. 4, 8-9

Veni de Líbano, sponsa mea, veni de Líbano, veni:
vulnerásti cor meum, soror mea sponsa, vulnerásti cor
meum. *Ps. 112, 1.* Laudáte, púeri, Dóminum: laudáte no-
men Dómini, Glória Patri.

Oratio

Dómine, qui dixisti: Nisi efficiámini sicut párvuli,
non intrábitis in regnum caelórum: da nobis, quaesu-
mus: ita sanctae Terésiae Vírginis in humilitáte et sim-
plicitáte cordis vestígia sectári, ut praemia consequá-
mur aetéerna: Qui vivis.

Léctio Isaiae Prophétas

Isai 66, 12-14

Haec dicit Dóminus: Ecce ego declinábo super eam
quasi flúvium pacis, et quasi torréntem inundántem gló-
riam géntium, quam sugétis: ad úbera portabímini, et
super génuæ blandiéntur vobis. Quómodo si cui mater
blandiátur, ita ego consolábor vos, et in Jerúsalem con-
solabímini. Vidébitis, et gaudébit cor vestrum, et ossa
vestra quasi herba germinábunt, et cognoscétur manus
Dómini servis ejus.

Graduale, Matth. 11, 25. Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapiéntibus et prudéntibus, et revelásti ea párvulis. ¶ *Ps. 70, 5* Dómine, spes mea a juventúte mea.

Allelúja, allelúja. *Eccli. 39, 17-19.* Quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificáte: quasi Líbanus odórem suavitatis habéte: floréte, flores, quasi lílum, et date odórem, et frondéte in gratiam, et collaudáte cánticum, et benedícite Dóminum in opéribus suis. Allelúja.

Post Septuagesimam, omissis Allelúja et versu sequenti, dicitur.

Tractus, Cant. 2, 11-12. Jam hiems tránsiit, imber ábiit, et recéssit. ¶ Flores apparuérunt in terra nostra, tempus putatiónis advénit: vox túrturis audíta est in terra nostra. ¶ *Jer. 31, 3.* In caritáte perpétua diléxi te; ídeo attráxi te, míserans tui.

Tempore autem Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Allelúja, allelúja. ¶ *Eccli. 39, 17-19.* Quasi rosa plantáta super rivos aquárum fructificáte: quasi Líbanus odórem suavitatis habéte: floréte, flores, quasi lílum, et date odórem, et frondéte in gratiam, et collaudáte cánticum, et benedícite Dóminum in opéribus suis. Allelúja. ¶ *Ps. 33, 9; 99, 5.* Gustáte, et vidéte quóniam suavis est Dóminus: in aetérnum misericórdia ejus. Allelúja.

 Sequéntia sancti Evangelii secúndum Matthaeum.
Matt. 18, 14.

In illo témpore: Accessérunt discípuli ad Iesum, dicéntes: Quis, putas, major est in regno caelórum? Et ádvocans Jesus párvulum, státuit eum in médio eórum, et dixi: Amen dico vobis, nisi convérsi fuéritis, et efficiámini sicut párvuli, non intrábitis in regnum caelórum. Quicúmque ergo humiliáverit se sicut párvulus iste, hic est major in regno caelórum.

Offertorium, Luc. 1, 46-48 et 49. Magníficat ánima mea Dóminum; et exsultávit spíritus meus in Deo salu-

tári meo: quia respéxit humilitátem ancíllae sua: fecit mihi magna qui potens est.

Secreta

Sacrificium nostrum tibi, Dómine, quaesuimus, sanctae Terésiae Vírginis tuae precátio sancta concíliet: ut in cuius honóre solémniter exhibétur, ejus méritis efficiátur accéptum. Per Dóminum nostrum.

Communio, Deut. 32, 10-12, Circumdúxit eam, et docuit: et custodivit quasi pupillam óculi sui. Sicut áquila expándit alas suas, et assúmpsit eam, atque portávit in húmeris suis. Dóminus solus dux ejus fuit.

Postcommunio

Illo nos, Dómine, amóris igne caeléste mystérium inflámmet: quo sancta Terésia Virgo tua se tibi pro homínibus caritatis víctiman devóvit. Per Dóminum nostrum.

URBIS ET ORBIS

Quum per decretum diei 14 Decembris 1927, Dioecesum et Vicariatum Apostolicorum in Missionibus, Sanctissimus Dóminus Noster Pius Papa XI Sanctam Teresiam a Iesu Infante peculiarem Missionarium omnium, nec non Missionum in toto orbe exsistentium patronam declarare dignatus sit: iteratis complurium Sacrorum Antistitum precibus pro benigna concessione Missae propriae eiusdem sanctae Virginis, in eius Festo ubique recitandae, obsecundare ex animo volens; eadem Sanctitas Sua, referente subscrip^o Sacrae Rituum Congregationis Secretario, Missam propriam sanctae Tere- siae a Iesu Infante, tam pro Carmelitarum Excalceatorum Ordine approbatam et concessam, prouti in praesenti exstat exemplari, ad universam extendit Ecclesiam; et

ut iusta rubricas lectiones tertii nocturni Evangelio Mis-
sae conformes sint, relatas superius lectiones in officio
eiusdem beatæ Virginis inserendas esse decrevit. Con-
trariis non obstantibus quibuscumque. Die 14 Martii 1928

✠ A. CARD. VICO, Ep. Portuen. et S. Rufinae,
S. R. C. Praefectus

L. ✠ S.

Angelus Mariani, *Secretarius.*

Habiendo sido fijada perpetuamente en el calendario diocesano la fiesta de Santa Teresa del Niño Jesús en el día 5 de Octubre. en esta fecha habrán de recitarse el Oficio y Misa propios que se prescriben en el precedente Decreto de la Sagrada Congregación de Ritos.

La Editorial Católica, de Zaragoza, ha editado el Oficio y Misa propios de Santa Teresa del Niño Jesús, en tipo grueso y a dos tintas.

Precio de un ejemplar (8 págs.) del Oficio... .0'25 céts.
“ “ 25 “ “ “ “ ... 4'75 ptas.

Precio de un ejemplar (2 págs.) de la Misa... .0'25 céts.
“ “ 25 “ “ “ “ ... 4'75 ptas.

Los que deseen adquirirlos, pueden dirigirse al Sr. Administrador de LA EDITORIAL, Coso 86, Zaragoza.

FIESTA DE SAN JUAN BAUTISTA M. VIANNEY.

Estando perpetuamente impedido el día nueve de agosto, señalado para la fiesta de S. Juan Bautista M. Vianney, por la octava de San Pedro de Osma, Patrono Principal de la Diócesis, nuestro Ilmo. y Rvdmo. Prelado elevó a su Su Santidad Preces, suplicando quedará fijada en este Obispado la del citado Santo Cura de

Ars en el día ONCE de Agosto. Así lo ha concedido la Santa Sede, como se expresa en el siguiente documento:

OXOMENSIS

Illmus. ac Revmus. Dnus. Michael a Sanctis Diaz Gómara, Episcopus Oxomensis in Hispania, Sanctissimo Domino nostro Pio Papae XI humiliter exposuit in sua Dioecesi festum S. Joannis Baptistae M. Vianney, die nona Agusti per S. R. C. Decretum diei 14 maii currentis anni adfixum, perpetuo impediri ob concurren-
tiam Octavae S. Petri ejusdem Dioecesis Episcopi, et ejusdem Patroni principalis, cujusque corpus maxima cum veneratione a fidelibus coli. Quapropter Ipsum Sactissimum Dominum nostrum suppliciter deprecatus est ut pro sua Dioecesi Oxomensi festum praedicti S. Joannis Baptistae Mariae Vianney, Confessoris, inscribi valeat diei undicesimae eiusdem mensis Augusti. Sacra porro Rituum Congregatio, vigore facultatum sibi spe-
cialiter ab Ipso Sanctissimo Domino nostro tributarum, attentis expositis peculiaribus adjunctis, benigne annuit pro gratia juxta preces; servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 16 Augusti 1928.

Angelus Mariani, S. R. C. *Secretarius.*

Philippus Diffaba: *Substitutus.*

JUNTA DE CASAS RECTORALES

Su Sría. Ilma. y Rvma. el Obispo, mi Señor, ha te-
nido a bien disponer que, en aquellos arciprestazgos donde no esté constituida la Junta de Casas Rectorales a que se refiere el artículo 7.^º del Reglamento de 21 de Diciembre de 1927, o falte alguno de sus vocales, con motivo de los traslados habidos por el reciente Concur-

so a Curatos, se verifique la elección o renovación de la Junta, durante el presente mes de Septiembre, a tenor de las normas en dicho Reglamento establecidas, debiendo participar inmediatamente el resultado a esta Secretaría de Cámara.

Burgo de Osma, 4 de Septiembre de 1928.

*Dr. Manuel Requejo Pérez.
Maestrescuela-Scrio.*

TRIBUNALES CIVILES

Sentencia prohibiendo a los Ayuntamientos regir escuelas laicas.

El Tribunal Supremo ha dictado una sentencia, en la que niega a los Ayuntamientos la facultad de regir y gobernar centros de enseñanza primaria de carácter laico.

Esta sentencia ha sido aplicada en un recurso interpuesto por el ministerio fiscal y el Ayuntamiento de Badajoz contra otro del Tribunal Contencioso administrativo, que declaró nulo un acuerdo del referido Ayuntamiento, por el que se aceptaba un legado particular para la fundación de un centro de enseñanza laica.

Al fallecer en Badajoz D. Domingo Hernández de León y abrirse su testamento, apareció nombrado el Ayuntamiento de aquella capital administrador de los bienes del fallecido a condición de sostener una o dos escuelas laicas nacionalistas de instrucción primaria, con exclusión de enseñanza de religión, dogma: etc. Siete concejales se nombraron como gestores del legado.

El Ayuntamiento consultó a la Junta de Beneficencia y al ministerio de Instrucción pública si se podía

aceptar dicho legado, teniendo en cuenta sus cláusulas condicionales. Los consultados contestaron en sentido negativo, por no permitir semejante aceptación la ley vigente de Instrucción de 1857. A pesar de estas respuestas negativas, el Municipio tomó el acuerdo de aceptar el legado. Contra tal acuerdo entabló los recursos oportunos D. José Velardos Parejos, Vicario general y gobernador eclesiástico de Badajoz, en nombre del Obispo de la Diócesis, y el Tribunal Contencioso - Administrativo declaró nulo el referido acuerdo. El ministerio fiscal y el Ayuntamiento de Badajoz interpusieron recurso contra el fallo de anulación, alegando falta de personalidad del reclamante, e incompetencia de jurisdicción.

Sostenido el recurso por el fiscal Sr. Callejo y por el letrado Sr. Rodríguez de Viguri, e impugnado por el señor Senante, el Alto Tribunal ha emitido el siguiente fallo:

«Se revoca el acuerdo del Ayuntamiento de Badajoz en cuanto a la aceptación lisa y llana del legado, si de su aceptación ha de deducirse que establezca, rija y gobierne dos escuelas laicas, pues el Ayuntamiento no puede regir tales escuelas, porque, como órgano de un estado católico, no puede patrocinar fundaciones de carácter público de enseñanza primaria en las que no se enseñe la religión del Estado.

Se reserva, sin embargo, al Ayuntamiento el ejercicio de las oportunas acciones civiles ante los Tribunales de esta jurisdicción para que éstos determinen si la condición puesta por el testador para aceptar el legado ha de tenerse como no puesta conforme a lo dispuesto en el artículo 792 del Código civil, o si es posible aplicar el legado en forma análoga a lo que establece en las cláusulas, dentro de lo dispuesto en el artículo 798 del mismo Código».

Disposiciones del Poder Civil

JUZGADO MUNICIPAL DE ARANJUEZ

Sentencia en causa sobre blasfemia

En el Real Sitio de Aranjuez, a 22 de marzo de 1928, el señor D. Agustín Sánchez Carralero, juez municipal del mismo, habiendo visto y oído el juicio verbal de faltas que precede, seguido por denuncia del señor fiscal municipal, contra Sebastián Carrascosa Hidalgo, mayor de edad, jornalero y de esta vecindad, por blasfemar del Santo nombre de Dios.

Resultando: Que, presentada la denuncia por el Sr. Fiscal municipal por haber oido blasfemar públicamente el Santo nombre de Dios, a Sebastián Carrascosa Hidalgo, en la mañana del día 20 del actual, en la carretera de Andalucía, se acordó la celebración del oportuno juicio de faltas para el día de hoy. Resultando: Que, hechas las oportunas citaciones, se ha celebrado el juicio en el día señalado, con asistencia del señor fiscal denunciante y del denunciado Sebastián Carrascosa Hidalgo, en cuyo acto el señor fiscal insistió en su denuncia y el denunciado manifestó ser cierto lo que denuncia este señor, pero que blasfemó el Santo nombre de Dios sin darse cuenta, pues lo hizo acalorado por haberle pisado un burro que conducía. Resultando: Que el señor fiscal opina que la falta denunciada está prevista y penada en el caso segundo del artículo 586 del Código Penal, y que debe imponerse a Sebastián Carrascosa Hidalgo la pena de diez días de arresto y cincuenta pesetas de multa. Resultando: Que en la tramitación de este juicio se han observado las prescripciones legales. Considerando: Que el hecho que se

declara probado por la denuncia del señor fiscal municipal y la confesión del acusado es constitutivo de la falta definida en el caso segundo del artículo 586 del Código Penal, porque, si bien el vigente no contiene en su artículo de una manera expresa la falta de blasfemia, el Tribunal Supremo de Justicia, en reiterada jurisprudencia, tiene establecido que esta debe ser castigada con arreglo al número citado. Considerando: Que nada hay más grave contra la moral y buenas costumbres que la blasfemia, que es maldición y vitupero contra la divinidad y que constituye una ofensa a dichas moral y buenas costumbres, puesto que, reconociendo éstas y aquélla como raíz y fundamento la idea de Dios, al hacer su nombre objeto de menosprecio en forma tan irreverente, se atenta contra los sentimientos de religiosidad y morigeración a que todos deben rendir público respeto y se produce honda perturbación, no sólo en las buenas costumbres y la moral, contra las que la blasfemia es el más grave de los atentados que lastiman y ofenden los sentimientos religiosos que dignifican al hombre, ya que éste tanto es más digno cuanto más se le considera en su espiritualidad y acercamiento al Dios Creador de su Cuerpo y espíritu, aparte de la falta de cultura y educación que en el orden social revela el blasfemo, sino también por la grave ofensa que en el orden religioso produce a los demás, con daño de su propia conciencia, y que sin perjuicio de la sanción que en el orden de ésta pueda tener y en el que no es lícito penetrar, ha de tener, sin embargo, su sanción en el orden público social, por el grave mal que socialmente se produce con la ofensa que causa la blasfemia a la moral y buenas costumbres. Considerando: Que en el caso de autos, además de reparar la perturbación de la vida del derecho social producida por el blasfemo, deben tomarse medidas que el que provee estima de terapéutica social para corregir lo que en determinadas clases sociales es lamentablemente

endémico, y evitar que este estado morboso se extienda, previniendo con la mayor energía y aplicando la mayor sanción, para que el escándalo de la falta quede reparado con el ejemplo del castigo, contribuyendo así a la corrección del autor directo del mal, y que el miedo al castigo haga abstenerse a otros de cometer actos idénticos, por lo que debe imponerse la pena máxima. Considerando: Que la falta definida en el considerando anterior tiene su sanción con la pena de uno a diez días de arresto y de cinco a cincuenta pesetas de multa y que según la disposición de carácter general del artículo 620 del Código Penal, en la aplicación de las penas procederán los Tribunales según su prudente arbitrio, dentro de los límites de cada uno, atendiendo a las circunstancias del caso;

Oído el parecer fiscal y vistos los artículos 586, caso 2.^º, y 620 del Código Penal y demás de general aplicación de la ley de Justicia Municipal y Enjuiciamiento Criminal.

Fallo: Que debo condenar y condeno al denunciado Sebastián Carrascosa Hidalgo, a la pena de diez días de arresto menor, que sufrirá en la cárcel de este Real Sitio; cincuenta pesetas de multa, que hará efectivas en papel de pagos al Estado, y todas las costas del juicio, sufriendo en caso de insolvencia el apremio personal correspondiente. Y por esta mi sentencia, que será notificada a las..., la pronuncio, mando y firmo.—Agustín Sánchez. Es copia».

(Boletín Oficial del Obispado de Madrid-Alcalá, 1928, p. 143-144)